benignitas tua mihi iure colēda. vale vale

¶ Finit epistola cancellarij Parisiensis de susceptione humanitatis xpi allegorica. anagogica. ⁊ tropologica.

Epistola Johannis de Gerson ad fratrem Bartholomeū carthusien. super tercia pte libri Ruysbroech de ornatu spiritualium nuptiarum

Venerabili patri ⁊ bone simplicitatis fratri in christi charitate dilectissimo fratri Bartholomeo carthusiēsi Su⁹ Johānes Cancellari⁹ indignus ecclesie parisiēsis Nuptiarum agni ꝓticipem fieri. Pridem librum quendam per te habitu⁹ cui⁹ titul⁹ est de ornatu spiritualium nuptiarum in transcursu legera⁹. nouissime illum attentius relegens cōperi mlta ibidem tradi salubria ⁊ alta documēta. Na⁹ prima pars instruit ad vitam actiuā. Secunda ad vitam spiritualem que affectualis dici potest inducit sub varijs ⁊ pulcrissimilitudinum manuductionib⁹ ⁊ tropis quorum intelligentiam soli experti plene concipient. Sunt nempe ex eis que in affectu plus aguntur q̄ in intellectu ⁊ q̄ percipiuntur amplius saporis cuiusdam intimo gustu q̄ ratiocinatione vel discursu Tercia pars notificare nititur que sit excellentia vite contemplatiue. que beatifice visioni in anima approximat. Tradūt quidam sicut accepi. q̄ prefatum librum ydiota vnus sine litteris composuit. Exinde non sine miraculo ⁊ inspiratione diuina ipsum fuisse confectu⁹ patēter astruunt. Ex quo consequens esset omnia contenta in eodem esse verissima sanctissima q̄. Sed meum quale sit super hac re iudicium tibi nō esse celandum decreui ne forte assis incerta aut falsa pro veritate certa. aut diuina amplecti contingeret. Scis quid iubet apostolus. Doctrinis varijs ⁊ peregrinis nolite abduci. Sūt vt meu⁹ interim est iudicium due partes priores satis vtiles in quibus nihil deprehēdi q̄ nō possit salua fide ⁊ morum puritate salua ri quāq̄ modestum lectorem in multis efflagitent. ⁊ talem qui non sit penitus expers earum que secūda pars loquitur affectionum. Ceterum stilus ipse libri non sordidus est nec abiectus. Certe tamē induci nequeo credere librum ipsum fuisse conflatum per os ydiote quasi per miraculum. Stilus enim ipe magis sapit ⁊ redolet humanam eloquentiam q̄ diuina⁹ Nam ⁊ poetaru⁹ verba vt therentij ⁊ boetij ⁊ philosophorum sententie ⁊ rōis cursus ostendunt palam illic studiosam industriam ⁊ diligentie laborem diuturnu⁹ precessisse. Plane impar valde est stil⁹ diuine scripture prophetarum ⁊ euāgelistarum ab hoc loquendi genere Quāuis hic diceret pertinar asserto⁹ oppositi. q̄ deus scientiarum domin⁹ est. habens facultatē nunc hoc. nunc illo modo scribendi p ora scribarum suorum. fatemur ita possibile fieri. Hic autem in proposito satis contigisse nō elucet. presertim quia testatur autor seipsum latinis verbis plurimū desudasse. Hoc vero cur oportuisset si fuisset tantūmodo calamus scribe velociter scribentis/spiritūsanctum loquor/qui tarda molimina nescit ⁊ cuius velociter currit sermo. Verum alia potior ē ratio que me non ita sentire compellit Siquidē tercia pars eiusdem libri prorsus repudiāda rescindendaq̄ est tanq̄ vel male explicata. vel plane abhorrens ⁊ discrepās a doctrina sana doctorum qui de nostra beatitudine locuti sunt. Nec stat cum determinatione expressa decretalis ponētis beatitudinem nostram cōsistere in duobus actibus visione ⁊ fruitōne cum lumine glorie Et si hoc ita est in beatitudine cōsummata q̄ deus non est visio ⁊ claritas nostra essentialis sed tantū obiectalis. quāto magis erit hoc alienum in beatitudinis quadam assimilatione imperfecta quā fas haberemus hic degustare in via. Ponit aūt tercia pars libri prefati q̄ anima perfecte cōtemplans deum nō solum videt cum p claritatem que est diuina essentia ſ̄ est ipsamet claritas diuina. Imaginatur enim sicut scriptura sonant/q̄ anima tunc desinit esse in illa existentia quā prius habuit in ꝓprio genere/⁊ cōuertitur seu transformatur ⁊ absorbetur in esse diuinum/⁊ in illud esse ydeale defluit q̄ habuit ab eterno in essentia diuia. de q̄ esse dicit Johes

in euãgelio. Qd factũ est/in ipso vita erat. Et hoc esse p̃supponit autor iste causã nostre existentie temporalis. ⁊ esse vnũ cũ eo ꝑm essentialẽ existentiã. Addit ꝙ perditur anima ꝯtemplãtis in esse tali diuino abyssali/ita vt repibilis nõ sit ab aliqua creatura. Similitudo talis possꝫ adduci que nõ tamẽ ab ipso ponit. si gutta modica vini in mare dilaberetur constat ꝙ mox absorpta cõuerteret in illud. ¶ Hec positio deficit in multis. Quãq̃ nõ facile inducebar aliquid falsitatis suspicari in illa tercia parte quãdo in aliis prioribꝫ tot vera altaq̃ ꝯspexerã qñ etiã legebã obtestationes autoris ne cito damnaret a nõ intelligentibꝫ ne pessimarent. Et qꝛ ꝓfecto prior debet esse doctor om̃is ad pie interp̃tandum dicta aliena si fieri possit absq̃ fidei ⁊ simpliciũ periculo q̃ ad rigide condemnandũ. At vero diligẽs ⁊ repetita inspectio dictoꝝ illorum magis ac magis ĩ illis errorem aperuit. Hec autem sũt pauca de dictis suis excerpta ad litteraꝫ. Ait em̃ secũdo capitulo tercie partis. In ipsa quidẽ sui vacuitate ꝑ fruitiuũ amorẽ spiritus perdit semetip̃m. Deniq̃ claritatez nullo intermediante suscipit ac sine intermissione ipsa fit ea claritas quam accepit. Et tercio capitulo dependetq̃ nostrũ esse creatum ab esse eterno ⁊ ꝑm essentialez existentiam vnũ cũ illo est. Sequit vniuersi quoq̃ supra sui creationẽ in vite cõtemplatiue altitudinẽ sublimati/vnũ sunt cũ hac deifica claritate/imo ipsa claritas ip̃i sũt. vident proinde sentiunt ⁊ inueniũt ꝑ hoc deificum lumẽ se ꝑm esse vitãq̃ suã increatam. eandẽq̃ fore simplicẽ diuinitatꝭ abyssum. Sequit/atq̃ cũ eo quo vidẽt et qd̃ vident lumine idez fiũt. Et primo capitulo dixerat. Uniuersi deuoti spiritus vnũ cũ deo ꝓfundo amoris defluuio sicut defecti nõ quomodolibet quidẽ vnũ sꝫ id ipsum qd̃ est ip̃a in se essentia dei eo modo quẽ beatifica beatitudo. Et q̃rto capitulo exp̃ssius ait. Illuc spiritꝰ est supra seipsum trãslatus ⁊ deo vnificatus gustãs videnſq̃ in vnitate viuide abissus in qua se se ꝑm esse suũ increatũ possidet immensas diuitias q̃ ip̃emet iuxta eũ modũ quo eas deus gustat ⁊ videt. Et his ⁊ similibus dictis intentionem autoris fuisse qualẽ diximus. Neq̃ em̃ de ip̃a que latet aliunde. q̃ ex scriptis suis sumi potest certitudo. Q, si deficit autor in explicando sicut palam aut errat aut deficit sibi imputet qui nõ solum litteratis doctisq̃. sed indoctis etiã ⁊ rudibꝫ taliter locutꝰ est. ¶ Sed neq̃ ãmirari vel indignari quispiã debꝫ. nec de temerario iudicio arguere eos q̃ legentes eũ p̃sertim imbuti in sacris litteris intentionem suã ex verbis colligũt/collectã examinãt/ examinatã se dicunt intelligere. ⁊ intellectã si erronea est rep̃hendere nõ omittunt. Nõ enim maioris sanctiorisue autoritatꝭ est autor q̃ sanctissimi diuinissimiq̃ theologi doctores nostri/qui tñ dicta sua alioꝝ examini libero. vt Aug. ait. iudicãda reliquerũt. Deniq̃ materia tercie partis nõ est de illis q̃ per defectũ ⁊ experientiã sꝫ per intellectũ sanctis inspiratum/cognoscuntur ⁊ scripta sunt. Horuꝫ autẽ noticia ⁊ diiudicatio p̃cipue aput exercitatos theologos in sacris litteris querenda est. nõ aput deuotos solum. ¶ Amplius non ignoro fuisse ⁊ esse quosdam ex theologis disputãtes satis curiose si posset de absoluta potẽtia anima rationalis cognoscere ⁊ formaliter beatificari ꝑ diuinam essentiam absq̃ medio alio. ita ꝙ deꝰ esset ipsi anime sua cognitio ⁊ fruitio non tantũ obiectalis sꝫ quasi formalis. Hoc ẽ deus nõ solum esset cognitio que cognosceretur ab anima. sed per quã anima ip̃a cognosceret. ⁊ pari modo de fruitione.

¶ Quicquid vero sit de possibili nullꝰ ita esse de facto p̃sumit asserere. Nam ecclesiastica determinatio ad oppositũ est. Nullum vsq̃ inuenio theologũ. qui non dico posuerit. sed qui vllam om̃ino fecerit q̃stionem ꝙ per talem modum qualis explicatur ab hoc autore. anima posset deum videre ⁊ beatificari in eo neq̃ de facto neq̃ de possibili tanq̃ videlicet anima desineret existere in esse ꝓprio ⁊ transformaretur in illud esse diuinuꝫ ydeale quale habuit ĩ deo ab eterno. Quoniã vt interim disputationem de ydearum pluralitate in deo omittam que a multis ignorãter ponitur si corpus xp̃i vel aliud corpus beatificatum hoc modo perderet animã suã in sua contemplatione ⁊ beatificatione pro illa haberet essentiam diuinã ipsum formaliter viuificantẽ. Alioquin esset absq̃ vita. Sed nec anima esset tunc eiusdẽ speciei si

cut prius. quippe nõ haberet aliud esse et viuere q̃ habuit ab eterno in arte diuina. In quo esse sicut erat ab eterno anima q̃libet etiã damnata vita diuina erat beatitudo sua. Porro corpus humanũ nõ posset in gloria reꝑire animã suã ad sui viuificationẽ formalẽ aut si posset iã anima nõ esset ꝑdita. q̃liter ipe loquit̃. Alie demũ sequerent̃ innumerabiles absurditates. q̃s ꝓsequi longũ esset. ¶ Sz videbit̃ fortassis ꝓ ista assertione facere illud apl'i ꝟbuz Qui adheret deo vn⁹ spũs est. Et multa xp̃i dicta sũt in hanc sententiã imp̃cantis patrẽ. vt fideles vnũ sicut pater ⁊ fili⁹ ipsi sunt vnũ. Dudũ vero certa est sanctoꝝ patrum sup̃ his expositio dicentiũ illã vnitatem nõ esse essentialẽ nec ꝑ p̃cisam similitudinẽ: sz sola ibi notat̃ assimilatõ ⁊ participatio. quẽadmodũ dicit lucas q̃ multitudinis credentiũ erat cor vnũ ⁊ anima vna. Et de duob⁹ amicis itidem dici vulgaris vsus habz. Quẽadmodũ etiã carbo ignit⁹/ ⁊ aer illuminat⁹ vnũ appellant̃ cuz suo igne ⁊ lumine. Hoc tropo ꝓbat boetius hoĩez bonũ esse deũ iuxta illd̃ p̃s. Ego dixi dij estis/ nõ quidẽ ꝑ veritatẽ ⁊ vnitatem diuine essentie ⁊ locutionẽ ꝓpriã/ sed participatiue ⁊ assimilatiue imitatiue et nũcupatiue. Q, si autor iste pari modo respõderet se dicta sua intellexisse d̃ vnificatione spũs cũ deo. nõ ꝯtendo neq̃ ꝯtradico cõtra intentõez/ sz explicationẽ alit̃ sonare nõ dubito. qm̃ p̃terea nihil magnuz diceret de contemplãtib⁹ vltra om̃es generaliter qui sũt filij dei ꝑ gratiã adoptõnis ¶ Miraberis forte pater in xp̃o dilectissime miraberis hec audiens. quo pacto in talem errorem vel insciciã vir tam deuot⁹ ⁊ instruct⁹ corruerit. Noli solũ mirari sed time ⁊ humiliter sapere iugiter stude. quãdo audis nõ istũ tantũmodo sed alios innumeros qui non parue videbant̃ sanctitatꝭ circa veritatẽ deuiasse quoꝝ aliquos ipse autor iuste reprehendit in fine secũde partis qui blandiebãtur tamẽ sibi de sublimitate cõtemplationis legis. quẽadmodum ꝓbat eos a demonio meridiano fuisse seductos. Erat aũt de secta begardoꝝ que olim ꝑ ecclesiastica decreta damnata est. Erat sicut estimo autor iste proximus eorum tempori. potuitq̃ fieri vt cõtra suam imaginationẽ de beatifica visione vel cõtemplatiua que forte tunc cõmunis sibi erat cũ multis decretalis expressa condita sit. constituens beatitudinem in duobus actibus. Preterea nõ est necesse vt iudicetur fuisse pertinax hereticus ante huiusmodi determinationez si tunc ⁊ postea semꝑ paratus erat audire ecclesiam. nunc vero sec⁹ esset in alijs. ¶ Postremo attendamus precor quo pacto sibi cauere habent om̃es in sacris lr̃is non satis imbuti neq̃ eruditi ꝑ diuturnũ ac vehemẽs studium/ vl' ne talib⁹ tractatulis insolitꝭ nimis adhereãt/ quãq̃ mlta vera sint. Nõ em̃ ꝑsuadet demon falsa sine ꝑmixtione veroꝝ. Ne subinde p̃sumant ipi theologicas arduasq̃ materias nouis ꝟbis ⁊ ꝑ sua estimatione affectioneq̃ repertis ꝑtractare. Nobis em̃ ad certam regulã loqui fas est inquit Aug̃. alioquin secus agentes facilem ad precipiciũ sibi viã sternũt. Ad talium itaq̃ questionũ determinationez aut ad eas plane intelligẽdas vel explicandas nõ sufficit q̃ homo sit deuot⁹ ⁊ sit adept⁹ illã ꝯtemplatõis speciẽ sanctissimã ꝓrsus ⁊ optimã que versat̃ in affectõe ⁊ feruore charitatis quãdo scilicet homo transit in affectum cordis ad virtutes. Hanc enim speciem contemplationis adipisci ⁊ condescendere fas habent etiam ipse muliercule ⁊ ydiote sine litteris presupposita fide simplici ⁊ plerunq̃ facilius q̃ viri magno ingenio ⁊ litteris sacris prediti qui ĩ altera contemplationis specie longe precellunt. Hec autem species altera contẽplationis versari ponitur in perscrutatione diuinarum virtutum per quas fides saluberrima sicut ait Augustinus gignitur. nutritur. defenditur. roborat̃. Q, em̃ secari possint ab inuicem he contemplationis species ⁊ experiẽtia doctrix est ⁊ hugo significat dicens. sepe amor intrat vbi cognitio foris stat. Nullus tamen ꝓprio vocabulo dici debz ꝯtemplatiu⁹ vl' sapiẽs ⁊ ꝑfect⁹ theolog⁹ q̃ prima ꝯtemplationis specie caruerit Vult ergo aliq̃s esse ⁊ dici vere sapiens habeat vtrãq̃ ꝯtemplatõis speciẽ. illaz videlicet affect⁹ q̃ saporẽ dat. ⁊ illam intellectus que scientie luminositatẽ p̃stat vt cõstituat̃ sapiẽtia id ẽ sapida scientia. Q, si altera carendum esset eligibilius iudicaretur cõmunicare in prima q̃ in secunda sicut optabilius est habere

A

pium affectum humilem ⁊ deuotum ad deum q̄ꝫ intellectum frigidum solo studio illuminatum. Scientia quippe inflat intellige si sola est. charitas edificat. Nihilominus vbi de veritate fidei queritur tradita in sacris scripturis magis interrogādi consulendiq̄ꝫ sunt theologi vigentes ī contemplatione secunda q̄ꝫ ydiote pollentes in prima. secluso in eis patenti reuelationis miraculo. ⁊ nisi forte manifesta essꝫ in huiusmodi theologis deprauatio intellectus ⁊ intolerabilis morum peruersitas que etiam mentiri quandoq̄ꝫ facit nō tantummodo circa fidem: sed circa moꝝ principia vt apostolus ⁊ Aristo. cum experiētia testantur. Addo adhuc ꝙ sicut ex carētia pij affectus ⁊ magis ex infectione eius per vicia errant nōnunq̄ꝫ peritissimi in sacris scripturis. excecauit eīm eos malicia eorum ⁊ dati sunt in reprobū sensum. ita ex paruo lumine intellectus ⁊ parua logica prolabuntur quandoq̄ꝫ in errores periculosissimos illi qui magnorum sūt erga virtutes affectuum. quales apostolus notauit habere zelum sed non ꝑm scientiam adeo vt si non humiliter sapiant. ⁊ nisi sese contrahant intra metas sue cognitionis nulli pertinacius inueniuntur neq̄ꝫ absurdius errores confingere Propterea non leuiter scribere debent vel docere. sed nec absq̄ꝫ cautela magna adherendum est eis. non preuia discussione diligenti ⁊ doctorum examinatione. In talibus quippe plurima sepe reperim⁹ aut falsa aut male explicata. ac proinde multā erroris materiam prebētia simplicibus quāq̄ꝫ in mlt̄is diuīa altissimaq̄ꝫ sint. Inter tales scripturas narrantur alique narratōnes aut regule vel doctrine particulares aliquoꝝ patrum veterum que magis admirande q̄ꝫ imitande dicuntur. Quēadmodū Johannes qui clymachus dicitur ponit virtutes esse impassibilitates ⁊ quedam valde austera super penitētia ⁊ peccatis. Et cassianus de libero arbitrio notatus. Et alij alia parum examinata aut nimis rigida tradunt que cōmunis schola theologice veritatis merito non admittit aut reijcit. Quāobrem bonum est mel cum fauo. sapor scilicet deuotionis cum lumine eruditionis aut si alterum dumtaxat obtigerit. vtatur quilibet dono suo. ambulet in vocatione sua abundet in sensu suo. ⁊ comedat mel quantū satis est. non plus sapiens q̄ꝫ oportet. Rectum quidem verbū enunciat Oratius qd̄ ab ipso postea Hieronimo non longe a materia traductum est. Qd̄ medicorum est promittunt medici tradunt fabrilia fabri. Conformiter satis ad illam logicorum maximā. Unicuiq̄ꝫ in sua arte perito credendum est Bene vale pater ⁊ frater in xp̄o apud quē tuarū me orationū participem fac Amē.

Explicit epistola magistri Johānis de Gerson ad fratrē Bartholomeū carthusieñ. de libro Ruysbroech.

Incipit libellus fratris Johānis de schoenhauia qui nititur defendere quedam dicta fratris Johānis Ruysbroech cōtra magistrum Johānem de Gerson Cancellariū pariensem.

Quoniā quidam doctor eximi⁹ parisiensis artis theologice/quedā dicta fratrꝭ Johis de Ruysbroech in libro q̄ intitulat̄ d' ornatu spūalium nuptiaꝝ min⁹ iuste vt opinor calūniat̄ ⁊ reꝓbat asserēs doctrinā eiusdē viri ī q̄busdā passibꝫ ⁊ spēaliter ī tercia ꝑte p̄fati libri esse erroneā a regula theologice veritatꝭ ac traditione sanctoꝝ patꝝ ⁊ doctoꝝ discrepantē. ⁊ ob h̄ nō esse recipiendā ⁊ abijciendā. Idcirco vt veritas hui⁹ doctrine quā a spūsancto arbitror effluxisse ⁊ emanasse. q̄ mgr̄ est veritatꝭ ⁊ nō erroris/plan⁹ elucescat. inq̄ꝫtū tenuitas mei īgenioli ⁊ exiguitas mee sciētie appetāt. tria ꝑ ordinē facere dei gr̄a aspirāte attēptabo. Primo intētionē v̄boꝝ suoꝝ q̄ꝫtū ad ea q̄ ibi arguūt̄ ⁊ rep̄hendunt̄ ⁊ tāq̄ꝫ erronea iudicant̄ explicabo. scd̄o q̄liter hec doctrina nō sit noua adinuētio ⁊ suꝑsticiosa. sꝫ om̄ino sn̄ijs noīatissimis doctoꝝ catholice fidei ꝯsona ⁊ ip̄oꝝ autoritate cōmēdata ⁊ approbata ꝓut dn̄s dederit explanabo. Et tercio q̄liter rōnes obiecte min⁹ efficaces sūt nec p̄dictā doctrinā euacuāt declarabo.

Quantum ad primum est sciendum ꝙ frater Johānes de Ruysbroech autor predicti libri

de ornatu spiritualiũ nuptiarũ ĩ tercia pte eiusdẽ libri nõ loquit̃ de illa vnione q̃ est p identitatẽ realis existẽtie. ꝺ qua dicit xps Joh. iiij. Ego ⁊ pater vnũ sumus. ĩmo in omnib̃ alijs libris suis ꝓtestat̃ ipe q̃ creatura nõ pt fieri creator. Nec loquit̃ etiã ꝺ illa vnione. q̃ est solũ p consensũ ⁊ ꝯformitatẽ volũtatis. q̃ est omnib̃ spũalem gratiã habentib̃. quemadmodũ legit̃ Act. iiij. q̃ multitudinis credentiũ erat aĩa vna ⁊ cor vnũ in dño. Sz loquit̃ de illa vnione q̃ ẽ p amorẽ liq̃factiuũ ⁊ excessũ ꝯemplatõis extatice. q̃ p nimia suauitate ⁊ magnitudine interni dulcoris ⁊ vehemẽtia amoris. animã liq̃facit ⁊ resoluit ⁊ totã virtutẽ rationis absorbet ꝺ q̃ dicit paul⁹. i. ad Cor. vj. Qui adheret deo vn⁹ spũs est. Ex pceptione eim̃ diuine p̃sentie ⁊ degustatõe interne dulcedis aĩa deuota in seipa quietatur. ⁊ sibi ac omnib̃ reb̃ creatis p desiderium inflãmatũ ⁊ in deũ totaliter expansuz fundit⁹ morit̃/ vt ꝓe possit dicere cũ apl'o Viuo ego iã nõ ego. viuit aũt in me xps. id est ego tot⁹ transformat⁹ in deũ p amorem nõ sum ĩ me sz in xpo. ⁊ ideo p amorẽ tot⁹ deificat⁹ loquor vt xps. Qꝺ etiã idez apl's dicit Corinthijs. An experimentuz q̃ritis ei⁹ qui in me loquit̃ xps. Qꝺ aũt liquescit ⁊ resoluit̃ in seipo nõ existit. sed recurrit ⁊ transformat̃ in illã imaginẽ q̃ sibi p̃sentialiter exhibet̃. Ex quo patet q̃ imago anime rõnalis p efficaciã diuini luminis in suã imaginẽ increatam deifice poterit trãsformari put docz apl's. ij. ad Cor. iij. Nos aũt reuelata facie gloriã dñi contemplantes in eandẽ imaginẽ transformamur a claritate in claritatẽ tanq̃ a dñi spiritu. qz a claritate imaginis create p quandã similitudinẽ trãsformabimur in claritatẽ imaginis increate. Et in hac transformatione imago rõnalis ꝯstituit̃ ĩ tãta cõformitate diuĩe assimilatõis q̃ est inexplicabilis omni lingue Qꝺ subtiliter videt̃ innuere apl's cũ dicit. i. ad Cor. ij. Oculus nõ vidit nec auris audiuit nec in cor hois ascẽdit. bonũ. s. inenarrabile qꝺ ꝑparauit de⁹ diligentib̃ se. Hoc eim̃ bonũ inenarrabile qꝺ ꝑparauit de⁹ diligẽtib̃ se pt dici p fecta ꝯformitas ⁊ indicibil' charitas diuine assimilatõis q̃ omni lingue indicibil' est ⁊ incõprehẽsibilis est omni mẽti/ nec vnq̃ pfecte cognoscit̃ nisi in speculo eternitatis qꝺ est verbũ diuinũ ⁊ essentia diuina ⁊ ergo de ista vnione ⁊ trãsformatõe credẽdũ est magis noticiã affectualẽ ⁊ exprimentalem habentib̃ q̃ solũ intellectualẽ. qz nemo hec scit nisi q̃ accipit p experiẽtiã vl' reuelationẽ. Et de ista indicibili claritate diuine assimilatõis locut⁹ est frater Johes de Ruysbroech in tercia pte libri de ornatu spũalium nuptiarũ ⁊ de hac vnione extatica intelligẽda sũt ei⁹ ꝓba ⁊ recipienda De q̃ vnione loquit̃ beat⁹ dyonisi⁹ libro ꝺ diuinis noib̃ capitulo ꝺ amore Et amor diuin⁹ extasim faciẽs ⁊ nõ sinẽs suũ ipsoz esse amatores sed amandoz. Propter qꝺ paul⁹ magn⁹ in ꝯtinẽtia diuini amoris diuino amore pticipãs. Viuo ego iã nõ ego viuit ꝓo in me xps tanq̃ sui amati viuẽs vita sic̃ valde diligibiliter. Nec dyonisi⁹. vñ patet q̃ amor extatic⁹ duo supponit. scilicet esse nature nostre ⁊ esse gre q̃ introducit in tanto gradu vt aĩa poti⁹ xpm sentiat q̃ seipam. Gra eim̃ tanq̃ deifica habz mentẽ deo assimilare ⁊ ipam deiformi dispositõe induere. Ad hos deiformes habitus tã excelsos tã a nra infirmitate tã longinquos ⁊ visui nostro tã abscõditos exponendos omnino minores sumus. qz ista sũt misteria regni dei q̃ vt existimo nõ cõmuniter oib̃ sed puritate intelligẽtie ⁊ diuinis illuminatõib̃ ⁊ gra ꝑuilegiatis cõmunicãda sũt. Int⁹ audiunt̃ ibiq̃ dicũt̃. ideo is q̃ foris sũt dici nõ debuerunt. Ne tñ hi q̃ foris sũt derelinq̃rent̃ si ab his q̃ intus sũt nõ vocarent̃. aliq̃liter erãt innotescẽda vt discerẽt ifirmi q̃ztũ eis desit. ⁊ ad quã pfectõez aspirare deberẽt. Dec eim̃ archana ⁊ pfunda si ñ gustant̃ nõ amant̃. et si nõ amant̃ nõ ĩtelligunt̃. ⁊ q̃ dijudicãda nõ sunt ab his q̃ nõ gustauerũt/ vnusq̃sq̃z eim̃ bñ iudicat q̃ nouit ⁊ hoz est bon⁹ iudex. vt ait philosoph⁹. ⁊ h̃ de primo.

Secundo videndum est qualiter doctrina p̃fati viri a sententijs sanctoz patrum nõ discrepat. sed per omnia ipis cõsonat ⁊ concordat. De hac eim̃ vnitate dicit beatus Bernard⁹ in epistola ad fratres ꝺ mõte dei. Unitas spiritus cum deo. homis cor sursum habentis proficientis in deuz volũtatis est pfectio. cũ iã non solũmodo vult qꝺ deus vult. sz sic est nõ tm̃ affectus sed etiã in affectu pfectus vt nõ possit velle nisi qꝺ deus vult. velle autem qꝺ vult deus hoc iam simile deo esse est. nõ posse

Defēsio iohānis d' scoenhauia dictor

velle nisi qd vult de⁹. ⁊ est iā esse qd de⁹ est cui iaz velle ⁊ esse idipm est. vñ bñ dicit qz tūc videbim⁹ eū sicuti est cuz sic similes ei erim⁹ ⁊ erimus qd ille est. Quib⁹ em ptās data est filios dei fieri data est ptās non q̄ dē vt sint de⁹. sz sint tñ qd de⁹ est/postmodū loquit d triplici similitudine hoim cū deo. ⁊ deinde subiūgit. Dicit aūt hec similitudo dei vnitas spūs nō tm qz afficit spiritū hois spūsanct⁹. sz qz ipa est spūsanctus de⁹ charitas q̄ cū sit amor pris ⁊ filij ⁊ vnitas ⁊ suauitas ⁊ bonū ⁊ osculū ⁊ amplex⁹ ⁊ q̄cq̄d cōmune pt esse ambor in sūma illa vnitate veritatis ⁊ veritate vnitatis. ⁊ idē homi suo modo fit ad deū qd cō substantiali vnitate filio est ad patrem vl patri ad filiū. cuz in amplexu patris ⁊ filij mediā qdāmodo se inuenit hominis btā ꝯsciētia/cū modo ineffabili incogitabili/q̄z fieri merek hō dei/nō de⁹. sz tñ qd ē de⁹. Ecce qūo ista sūia bñ omino ꝯcordat doctrine fratris Johis d' Ruysbroech ⁊ mutuo sibi ꝯsonāt. Hoc idē patet ex epla inferi⁹ annotata. quā q̄dā vir deuotissim⁹ ⁊ doctissim⁹ cōposuit in q̄ sub breuib⁹ verbis descript⁹ est tot⁹ pcessus libri fratris Johis Ruysbroech d' ornatu spūaliū nuptiar/cū his ꝯcordat gilbert⁹ sup cantica ꝓmone. ij. vbi distinguit d triplici lectulo prim⁹ est ppri⁹ spōse. Secd⁹ est cōis spōse ⁊ spōsi. Terci⁹ ppri⁹ est spōsi. Sponse lectul⁹ est cū quietis ⁊ pacatis ⁊ cōpositis moriby intra se collecta redescit. Cōis est cū iā incipit oblectari ī spōso. Sz ppri⁹ spōsi est qñ sui oblita penitus ⁊ ex se exuta tota trāsit in ipm ⁊ q̄si induit ipso dilecta ipi⁹. In lectulo suo nō effluit spōsa extra se nec turbat ī se. In lectulo cōmuni affluunt illi delicie q̄dā de psentia spōsi. In illo lectulo q̄ sol⁹ est spōsi amoris exagitata incendiū ebullit ⁊ excrescit. effusa ⁊ effluēs tota trāsfundit in ipm. ⁊ ī similē absorbet q̄litatē. In primo penes se est. In secūdo penes illā spōsus. In tercio penit⁹ est ipa penes ipm. ⁊ si dici pt non est nisi ipe. In pmo q̄rit. In scdo adheret. In tercō vnit illi. In primo tranq̄llitatē ppriā possidet. In secūdo quandā merek cōmunitatē cū dilecto. In tercio absumit ⁊ absorbet ī q̄ndā charitatis ⁊ gre vnitatē. Hec gilbert⁹ vbi supra. Cū pdictis ꝯcordat dyonisius magn⁹ sic patet in autoritate supius allegata ⁊ pluriby locis libror suor. Et hugo de sancto victore cōmentator psati dyonisy sup septimū angelice hierarchie dicēs. Sic intelligas q̄nta est vis veri amoris ⁊ dilectōis si tñ intelligi pt qm dilectio sup eminet sciētie ⁊ maior est intelligētia plus em diligit q̄z itelligit. Intrat dilectio ⁊ appinq̄t vbi sciētia foris stat. Et reddit rationē isti⁹. Quia ver⁹ amor siue charitas nullū patit mediū inter se ⁊ obiectū qd est de⁹. sz vehementer tendit in ipm īmediate Et ideo nunq̄z quiescit donec oia trāseat ⁊ ad ipm dilectū ⁊ in ipm veniat. Unū subdit ibidē. Dilectio siue amor impetum sequens ardētis desiderij sui nec dissimulare valēs donec ad amatū puenerit/amato appropinq̄t q̄z tū pt/ ⁊ eo ampli⁹ sitiēs intrare ipm cupit ⁊ esse cuz ipo/ ⁊ esse tā ppe vt si fieri posset ⁊ idē ipm sit qd ipe Nihil em veloci⁹ nihil acuti⁹ nihil subtili⁹ amore aut penetrabili⁹. qz natura sua nō quiescit donec naturaliter amabilis totā penetrauerit virtutē ⁊ pfunditatē ⁊ totalitatē q̄z tū pt. Huic etiā sentētie alludit p omnia vercellēsis sup cantica dicēs. q̄ affect⁹ ⁊ intellect⁹ simul coambulāt vsq̄z ad nouissimū defectū intellect⁹ vbi habet sue cognitionis ⁊ sui lumīs ꝯsummatōez. Affectus aūt adhuc ꝯtinet principalia in deū suspiria ⁊ supintellectuales extēsiones ⁊ īmissiones/feruidos vulgares ⁊ fulgidos feruores ad quor oim sublimes excessus ⁊ excedētes sublimitates intelligētia trahi nō pt. sz sol⁹ principal' affect⁹ deo vnibil'. Et postea ibidez dicit. Tanta est virtus veri amoris ⁊ pulcritudinis q̄ nō solū facit homines ⁊ ãgelos excedere naturā ppriā vt in deū ascēdant. sz etiā deū q̄si naturam ppriā egredi vt ad creaturas q̄si infra naturam suā pducendo descendant. Ecce qūo oēs isti excellētissimi doctores in ⁊ ꝯueniunt q̄ aia qñ rapit ī diuini lumīs abissuz. tota deficit a seipa ⁊ ī illū quē diligit totaliq̄scit ⁊ supintellectual'r ei vnit. ⁊ vnitissime trāsformat in ipm ita vt aia dū a seipa alienat dū ī istō diuini archani secretariū rapit. dū ab illo diuini amoris incēdio circūdat ītime penetrat ⁊ inflāmat seipaz penit⁹ exuit ⁊ diuinū q̄ndā affectū induit et inspecte pulcritudini ꝯfigurata tota ī aliam gloriam trāsit.

Ds plibat rñdendū ē tercō ad obiectōnes ⁊ rōnes q̄by dñs cancellarius doctor venerabilis et vir

eloquentissimus doctrinam prefati viri
videlicet fratris Johis d̃ ruysbroech vi/
deꝯ aliq̃liter calũniari ⁊ reprobare. Scie/
dũ est ꝗ ꝗ autor p̃fati libri d̃ ornatu spũa/
liũ nuptiarꝝ nõ sic ille mgr̃ arbitraꝯ homo
ydiota fuit ⁊ sine lr̃is in ꝓ male erat infor/
matus. sz erat sacerdos vt spero deo acce
ptissim⁹ prim⁹ prior ⁊ fundator cuiusdaz
monasterij canonicorꝝ regulariũ in brabã
tia appellati viridis vallis cameracensis
dyocesis ⁊ siti ĩ quadã silua q̃ vocaꝯ zonia
iuxta ciuitatẽ famosã que dicit̃ bruxella.
Qui doctrinã suã nõ latino sermone sed
theutunico cõscripsit licet eĩ cõpetentis
sciẽtie fuerit nõ tñ tã eminẽtis sciẽtie erat
ꝗ p̃fatã doctrinã latino ꝯmone tã cõposi/
to ⁊ stilo tam elegãti scribere potuisset nisi
speciali dono dei sibi datũ ꝓ fuisset. Sed
quidã frater eiusdez monasterij vir valde
ingeniosus ⁊ lr̃atus postmodũ ob pfectũ
oĩm nationũ quosdaz librorꝝ suorꝝ latino
sermone transferre in psona ipsi⁹ curauit
Ammirãtes ergo doctrinã ei⁹ laico ꝯmo/
ne ꝛscriptã faciliter ppendere possũt ipm
nequaq̃ hãc didicisse ab homie vt ab hu/
mana sciẽtia. sz accepisse a deo ⁊ a diuia sa
pientia ⁊ mgr̃a vnctione. a fratribꝫ eĩ ei⁹
cognosci ꝑt ꝗ fuit hõ missus a deo. cui in
his nouissimis diebꝫ hec deuota archana
⁊ pfunda atq̃ diuia de⁹ dispensanda lar/
git⁹ est vt noua admonitio suos meli⁹ at/
traheret auditores. ⁊ vt sectã illorꝝ libero
rũ spirituũ q̃ tpe vite sue multũ in brabã/
tia ⁊ illis partibꝫ pullulabãt extirparet et
errores ipsorꝝ denudaret. Uiuit eĩ homo
iste dei postq̃ illud lamẽtabile scisma ĩ ec/
clesia surrexit. nã a tpe mortis sue. xxv. an
ni fluxerũt vel circiter. Hac ergo occasio/
ne ⁊ necessitate cõpulsus hec pfunda ⁊ sub
tilia theutunico ꝯmone ꝛtexuit. Qui qui
dem hãc doctrinã absq̃ aliq̃ labore studij
sola gr̃a spũssancti ei⁹ mentẽ docente ⁊ p/
lustrante eructauit sic bene compruz est il
lis q̃ secũ ꝛuersati sũt ⁊ secretorꝝ suorꝝ con
scij fuerũt. Si ergo stil⁹ libri ĩ latinũ trãs/
lati magis redoleat humanã eloquẽtiã q̃ꝫ
diuinã ꝓ nõ imputandũ est autori sz trãs/
latori. Qui quidem trãslator p eo ꝗ orna
tui ⁊ eloquẽtie sermonũ plus opam dedit
q̃ꝫ forte expedit ⁊ quedã p arbitrio suo ad
didit in p̃dicti libri trãslatõe multũ desu/
dauit. licet autor ab hac desudatõne liber
⁊ expers fuerit cui oia q̃ docuit put pie cre
dim⁹ spũssanct⁹ inspirauit ⁊ ãministrauit
licet etiaz doctrina istius viri in latinum
trãslata sit multũ gratiosa cõpunctiua et
deuotõis excitatiua. tñ ignitũ eloquium
dñi vehemẽter qd̃ in verbis illius theutu
nicis inuenit̃ m'to gratiosi⁹ est. magꝭ mo
uens afficiẽs ⁊ accendẽs legentẽ ita vt du
rissim⁹ corde sit q̃ nõ ex eorꝝ lectione com
pungaꝯ ad deuotionẽ excitetꝯ ⁊ ad melio/
ra pueheaꝯ ⁊ sublimetꝯ. Uerũtamẽ ꝗ dict⁹
doctor egregi⁹ sentiat tertiã partẽ hui⁹ li/
bri penit⁹ rescindendã tanq̃ꝫ discrepantez
a doctrina sana sanctorꝝ doctorꝝ nõ ꝛsen/
tio sibi in ꝓ. sz videt̃ mihi esse approbãda
doctrina hui⁹ tertie ptis ⁊ asserẽda tanq̃ꝫ
ꝛsona ⁊ ꝛcordãs p oĩa doctrinis ⁊ senten/
tijs sanctissimorꝝ ⁊ famosissimorꝝ doctorꝝ
toti⁹ eccl'ie. sicut satis declaratũ est capitu
lo p̃cedenti. Doctrina eĩ hui⁹ tertie ptis
intelligenda est de illa vnione extatica sic
superi⁹ dictum est ĩ primo capitulo. De q̃
vnione iste mgr̃ nullã facit mentionẽ ĩ epi
stola sua. Q, etiã dicit ꝗ tertia ps eiusdẽ
libri repudianda est tanq̃ꝫ male explicata
notandũ est ꝗ d̃ deo meli⁹ possum⁹ cogi/
tare q̃ꝫ loq̃. Conãtes ergo hoĩes sancti de
deo loq̃ nec valẽtes nisi ꝓ̃bis aptioribus
ꝓ̃bis q̃ dicẽda sũt exprimũt ⁊ modũ loq̃n
di quẽ vsus sanctorꝝ patꝝ tenuit imitaꝯ
⁊ sic autor hui⁹ libri in ista materia altissi
me ⁊ sũme ꝛtemplatõis imitat⁹ est modũ
loq̃ndi sanctorꝝ patrũ qui de hac materia
locuti sũt. vtẽdo quibusdã ꝓ̃bis nõ ꝓprie
sz trãssumptiue sicut ista materia exigit.
Secũm exigentiã materie ꝯmones sũt ex/
petẽdi. sic eĩ dyonisi⁹ ĩ libris suis caligi/
nẽ vocat. qũ spũs rõnales inducunt̃ ĩ istõ
interi⁹ cenaculũ diuine claritat⁹. vbi clau
sis sensuũ hostijs secreti⁹ castissimo ãple/
xu ꝛueniũt cũ dilecto. ⁊ tñ maxia illustra
tione ibi irradiaꝯ. Sil'r q̃ mentẽ ꝛtigit
rapi ⁊ in suipsius extasim perduci tunc
annihilari dicit̃. quia mens in extasi posi
ta sibi ⁊ oĩbus creaturis funditus mo/
ritur inquantũ seipam nesciẽs sui ⁊ omni
um creaturarꝝ obliuiscit̃. Ideo de talibus
mẽtibꝫ dicit apl's ad Col'. iij. Mortui estis
⁊ vita vestra abscondita est cuz christo in
deo. Sic etiã spirit⁹ rationales seipsos p
dere est oĩno non sentire semetipsos ⁊ a
seipsis exinaniri ⁊ pene annullari vbi tñ
meli⁹ secum sũt. cũ sic sũt ꝗ tñ vbi sint ne/
sciant ⁊ licet hucusq̃ꝫ seipos habent. tñ se

modo ꝑdicto ꝑdiderunt. Qd vtiq; videt ꝓtiglsse apl'o cū ī raptu ꝓstitut⁹ an in corꝓore vl'extra corp⁹ esset. ꝓsus se asserit ignorare. Scriptura sacra eo spū exponenda ꝛ intelligēda est q̄ plata Et sic arbitroꝛ q̄ si dicta hui⁹ prioris �means illū sensū diuinū ꝛ spūm intelligant q̄ plata sūt q̄ in eis error nō apparebit sz mera ꝛ clara veritas relucebit. Sepe sancti viri d altissima cōtemplatōne quedā ꝓferūt q̄ min⁹ ꝑfecti qꝛ penetrare nō possūt lapsū errorīs putant Nō puto dici potuisse. qd hunc priorem puto sensisse. Est em̄ iste mod⁹ sentiendi alien⁹ ab omni modo vsitato sentiēdi. Uñ nec vsitatis ꝓbis ꝑt aliq̄ten⁹ explicari Et ideo qñ viri ꝑfecti nr̄a instantia ꝛ inopoꝛtunitate ac charitate deuicti aliq̄d nobis de tali affectōe vel intelligētia temptauerunt reuelare succūbunt verbis. vel talia ꝓba loquunt q̄ nr̄m intellectuz excedunt. Suauitas hec q̄ deuot⁹ mentib⁹ in vnione intima dei ꝓpinat tā sublimis est q̄ nec vocali nec mētali ꝓbo est exp̄ssibilis sz sola attingibil' est expientia/ ꝛ ḡ nō est mirū si illud qd dicit d indiciali eo modo q̄ dici ꝑt sit min⁹ gratū min⁹ placeat min⁹ acceptet ab his q̄ talia nō sūt experti. Et qꝛ hāc vnionē intimā ꝛ extaticā in q̄ spūs rōnalis ꝑfecta assimulatōe cōformat imagini sue increate. ꝑdict⁹ autoꝛ conat⁹ est explicare q̄ tñ difficillima est ad disserendū idcirco quedā ꝓba ꝓtulit q̄ a q̄ꝓpluribꝫ ñ capiunt. Que tñ si recte fuerint intellecta ꝛ ad intentōez dicētis respect⁹ habeat nō errorē sz ꝓcessam puto ꝓtinēt veritatem.

¶ Pro quoꝝ verboꝝ pleniori intellectu habendo sciendū est q̄ hec vnio extatica q̄ ꝓsistit in amplexu vnitino sūmi boni tripliciter ꝛ sub triplici habitudine ꝓcipit ī hac vita. Aliqñ em̄ ꝓcipit ex diuine claritatis ꝛ essentie trāsitoria visione ꝛ ꝓtēplatione. Interdū ex diuīe suauitat⁹ ꝑlibatoria fruitione. Interdū ꝓo ex diuīe immēsitat⁹ iocūda āmiratōe. Et de aliq̄ istoꝝ triū modoꝝ siue d vnoquoq; puto esse intelligēda dicta tercie ꝑtis ill⁹ libri de ornatu spūaliuz nuptiaꝝ potissime tñ d primo modo. videlicet de illa vnione ꝛ ꝓtemplatione q̄ fit in raptu Primū hoꝝ liquet in paulo q̄ fuit ī raptu intuitiua ꝓtēplatōne diuīe essentie trāsitorie illustrat⁹. Et licet paul⁹ ī illo raptu habuerit actū beatificū tñ ex ꝫ nō potuit dici ꝑfecte beat⁹. qꝛ ñ habuit statū beatificū nec etiā illū actū modo cōprehēsoꝝ puto ꝑmanēter ꝛ īmobiliter sic habēt beati. sz fluxibiliter ꝛ trāsitorie sic lumē ꝓtinuat ī aere ad solā ꝑsentiam solis q̄re nō debuit dici ex ꝫ ꝑfecte beatus. Secund⁹ mod⁹ apparet in ꝓpheta dauid q̄ tāta dulcedīe diuīe suauitatis replet⁹ fuit q̄ tanq̄ ebri⁹ clamauit. Delectationes in dextera tua vsq; ī finē innuens ꝓ ꝫ q̄ mēsura ꝛ magnitudo hui⁹ suauitatis nullo termino vl'fine poterit coartari. Terci⁹ mod⁹ patebit ī regina saba q̄ visa gloria ꝛ magnificētia reg⁹ salomonis pre magnitudine āmiratōis defecit ꝛ in extasim rapta fuit De talib⁹ mentib⁹ verificat illud qd scribit Isa. lx. Tūc videbis ꝛ afflues ꝛ mirabit ꝛ dilatabit coꝛ tuū. qꝛ in illo lumīe thearchico tibi diuinit⁹ influxo videbis illa q̄ nec ocul⁹ vidit nec auris audiuit ꝛē. in q̄ excellētia illius visionis ꝛ cognitionis designat.

Pro ampliori vero declaratōe ill⁹ dicti q̄ ꝑfatus mgr̄ dicit q̄ doctrina ill⁹ tercie ꝑtis ñ stat cū determinatōe decretal' Sciendū est q̄ quicūq; pie libꝫ alicui⁹ eccl'iastici doctoris legit si quid ī eo q̄si dubiū ꝛ scrupulosū inuenerit. nō statim exardescēdo inuadit. sed inspicit ꝛ discernit ꝛ retractat ex circūstantiis ꝛ ex scriptis eiusdē autoris. ꝛ ad vltimū pri⁹ eligit cōfiteri se ignorare vl'nō intelligere q̄ illi errorīs notā impingere nisi manifesta ī eo heresis deꝑhendat. Cōstat em̄ catholicos p̄res q̄ diuersos libꝛos ꝓscripserūt d eadē sñia nūc obscuri⁹ nūc apti⁹ fuisse locutos. nec ꝫ ducit ꝑ incōueniēti. Uarietas em̄ affert pulcritudinē ꝛ delectat audiētes siue legētes rara ꝛ difficilia bis delectāt ait oratī⁹ poeta. Sic igit sepedict⁹ frater Johānes de Ruysbroech licet ī tercia ꝑte libri d ornatu spūaliuz nuptiaꝝ de illa sublimissima materia ꝛ obscurissima obscuri⁹ sit locut⁹ ī alis tñ loc⁹ ꝛ libris suis vbi d eadē materia dogmatisat plani⁹ ꝛ apti⁹ suā intētionē explanauit. Uñ ī libro suo q̄ dr de calculo vl'de ꝑfectōe filioꝝ dei ipe manifeste ꝑtestat q̄ ī possibile ē nos ex toto deificari nr̄amq; creatōez ī creatorē mutatos amittere. Diuīa em̄ natura sic ī se ē īmutabilis ꝛ incōuertibil'. ita nō sinit aliā naturā ī se essentialr ꝓuerti. Impossibile ē ei vt creatura de⁹ vl'creator efficiat. Uerūtñ deo ꝑ

mediũ ⁊ sine medio vnimur per medium videlicet gr̃e sue ⁊ nostroꝝ opeꝝ. Gr̃a eim̃ dei mentẽ nostrã irradians docet nos veritatez. dirigitq̃ nos ad oim̃es virtutes ⁊ ĩ eternã dei dilectionẽ. ⁊ amoris exercitiũ veriũtamẽ vltra has gr̃az ⁊ virtutes inter deũ ⁊ nos mediãtes deo etiam sine medio vnimur qñ ĩpetu ardẽtis amoris excedimꝰ oim̃e creatũ vsq̃ ĩ ipas supsubstãtiales dei diuitias vbi ĩ amore cũcta trãsimꝰ moriẽtes oim̃i ꝓsideratõe in quandã insciẽtiam ⁊ caliginẽ ibi agimur ⁊ superinformamur ipo ꝓbo etno qõ ẽ imago pr̃is. Huic s̃nie oẽs pr̃es superiꝰ notati ꝓcordãt. Cũq̃ sic deo vnimur remanet tũ ĩ nobis scitꝰ viuꝰ ⁊ amor actiuus. Qm̃ absq̃ scitu nr̃o deũ videre nõ possumꝰ nec sine amoris exercitio deo vniri vnitionẽq̃ fuare valemꝰ. Si me ignorãte totiꝰ mũdi dñs essem q̃d mihi p̃staret solatij. Idcirco sentiemꝰ nos eternal'r gustãtes ⁊ possidẽtes teste xpo q̃ ait. Hec est vita eterna vt cognoscãt te solũ verꝝ deũ ⁊c. Sic g̃ patet vitã nr̃am eternã ꝓsistere ĩ discreta siue distinctiua cognitione dei ⁊ ꝓtẽplatõe dei intuitiua. Vltra oia tũ hec erimꝰ q̃si expirati supra spũm sine spiritu ĩ abyssali ⁊ incõprehẽsibili ⁊ immẽsa dei gl'ia. Itẽ spũs dei q̃ nob flat efflu it ⁊ inspirat vt deũ diligamꝰ ⁊ fruties opemur/nos eim̃ ad se ⁊ ĩ se attrahit ⁊ intrahit vt in ipo quiescamꝰ ⁊ eo pfruamur. Et in his duob eterna vita stat quẽadmodũ p aeris inspiratõez ⁊ expiratõez diastole ⁊ sistole nr̃a vita pseuerat materialis. Et ex his patet q̃ nõ cõtradicit decretali qz ipse ponit sic decretal' asserit br̃itudinẽ nostrã ꝓsistere ĩ visione dei intuitiua ⁊ fruitõe diuine essentie. Preterea scio q̃ beatꝰ Thomas de aq̃no clare dicit q̃ ĩ visione q̃ videtur deꝰ p essentiã oportet q̃ deꝰ sit forma intellectꝰ nr̃i/qz quacũq̃z alia informaret/illa nõ duceret nos ĩ essentiã diuinã. ⁊ g̃ ĩ ipsa essentia diuia erit q̃si forma intellectꝰ q̃ intelliget. Nõ quidẽ nõ oportet ita intelligi q̃ diuia essentia sit ꝓa forma intellectꝰ nr̃i vl' q̃ ex ea ⁊ intellectu nr̃o efficiat vnũ simpliciter sic in naturalib ex forma ⁊ materia naturali. sz qz ꝓportõ diuie essentie ad intellectuz nostꝝ est sic ꝓportio forme ad materiã ⁊ q̃ fiat vnũ q̃ntũ ptinet ad actuz intelligẽdi. Et vlteriꝰ dicit q̃ deꝰ ĩ patria nõ tm̃ erit cognitio q̃ cognoscet ab aia sz etiã p quã aia cognoscet. Et q̃ cõcludit q̃ beatꝰ thomas fuit istiꝰ opinionis q̃ deꝰ p suã essentiã est ꝓiungibilis intellectui nr̃o nõ tm̃ sic quin ibi erit lumẽ glorie mediuz qõ eleuabit intellectũ nostꝝ ad ꝗ q̃ possit ꝓiungi essentie increate. sz ab ꝗ medio nõ dicit cognitio mediata. qz non cadit inter cognoscẽtẽ ⁊ rẽ cognitã sz est istud qõ dat cognoscẽti vim cognoscẽdi. Istud erit in patria. Sz ĩ statu vie nullꝰ intellectꝰ pure creature p̃t in visione dei p essentiã puenire p aliquã dispositõez sibi inherẽtẽ. sz cõtingit aliq̃n diuina ꝗtute q̃ aliq̃ res miraculose pducit in aliqõ in qõ nullo modo p̃t p aliq̃s dispositões sibi inherẽtes pduci. sic q̃ virgo pariat ⁊ q̃ ignis in aia cõburat. Et sil'r p̃t miraculose fieri q̃ diuia virtute aliq̃s intellectꝰ creatꝰ nõ habens nisi dispositões vie eleuet ad videndũ deuz p essentiã. nec tm̃ ex tali visione dicit beatus simpliciter. sz ꝓm q̃d tm̃ q̃ntũ cõicat ĩ actu beati. Puto q̃ hec dicta beati thome pbabiliter sustineri possũt absq̃ piculo heresis ⁊ p̃iudicio fidei. Insup p̃dictꝰ mgr̃ dicit q̃ nullꝰ theologoꝝ vnq̃ talẽ modũ beatitudinis posuerit q̃lis ab isto autore explicat videlicz q̃ aia tũc desinit esse in illa existẽtia quã prꝰ habuit ĩ ꝓprio genere ⁊ ꝓuertit seu trãsformat ⁊ absorbet inesse diuinũ ⁊ ĩ illud esse ideale defluit qõ habuit ab eterno ĩ essentia diuina. Pro cuiꝰ dicti euidẽtia est ꝓsiderandũ q̃ qñ aliq̃ scriptura est mistica ⁊ obscura tũc obseruãdũ est q̃ interp̃tatio fiat ꝓm intentionẽ dicentis. Nihil est eim̃ ita bñ dictũ qõ nõ possit male interp̃trando ⁊ narrãdo deprauari. Fateor ergo verꝝ esse q̃ nullꝰ doctoꝝ modus beatitudis ponit ꝓm quẽ iste mgr̃ sua verba intelligit ⁊ recipit. Sed nequaq̃ arbitror autorẽ huiꝰ libri ita desipuisse q̃ ipse sic sentiret sic iste mgr̃ sibi imponit nec illũ sensũ ꝗba sua p̃tendunt si diligenter inspiciant. sz potiꝰ sic itelligẽda sũt. q̃ mẽs dulcedine verbi diuini illecta rapit. ⁊ illabit a seipa vt verbo fruat. Illicq̃z ibi nosmetipsos excedimꝰ in caliginẽ ⁊ in modi carentiã inscrutabilẽ ibi nos deꝰ ex nobis ipis trahit trãsformat ⁊ deglutit in ipsam pfundissimã diuinitatẽ trãquillitatem in ipam sui supessentiã ⁊ sui spũs vnitatem amoris q̃ absorptõez vbi vi amoris extatici assequimur illã ꝓformitatẽ ⁊ deiformitatez quã ꝓm rõez idealẽ habuimꝰ ab eterno ĩ mẽte diuina ibiq̃z vnũ effecti sumus

